

2 **coracinus**, **i.** subs. **m.** ETYM coracinus¹. [FREQ humilis 19^{indicia} 1,4 /d.c.m. 79 PLIN Nat] uocabulum scriptis technicis ad historiam naturalem et agri culturam pertinentibus aptum; necnon litterariis satiricis, item exponendo, apparet, usibus praecipue quotidianis, magis uersu quam prosa; inde a saec. I ec. apparet, at in fine Antiquitatis languet.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	exponens	12	4,3
	narratiua	1	0,21
	satirica	6	31
DIACHRONICA	I-II ec.	17	4,4
	III-V ec.	2	0,29
DIAPHASICA	media	13	1,2
	quotidiana	6	14
DIASTRATICA	litteraria	7	0,66
	technica	12	4,5
MODUS	prosa	13	1,1
	uersu	6	3,3

¶ **a1** (Tilapia Nilotica) piscis Niloticus magni pretii constans • *mojarra, pez nilótico muy apreciado* [HYPER piscis^a] 79 PLIN Nat 32.56. Coracini pisces Nilo quidem peculiare sunt. 84-85 MART Epigr 13.85. Princeps Niliaci raperis, coracine, macelli. 330-430 HEGES 3.26.2. Capharnaum nomen ei, quam Nili fluminis uenam haut superfluo quidam aestimauerunt ... quia huiusmodi creat piscem, ut coracinum putes qui in Alexandrino lacu ex Nili infusione reperitur. GLOSS 3.318.24. κορακίως. 5.281. κορακίως (piscis).

a2 piscis quidam et maris et amnis proprius • *cierto pez tanto de mar como de río* [HYPER piscis^a] 79 PLIN Nat 32.145. communes ... amni tantum ac mari ... coracini.

b MED uires eius, cuiuscumque fuerit, uariae erant, contra scorpionum morsus efficientes • *las cualidades, de uno o de otro, eran varias, pues se revelaba útil contra las mordeduras de los escorpiones* 79 PLIN Nat 32.56. Coracini carnes ... aduersus scorpiones ualent inpositae.

oculorum aciem amplificabat, suffusionum initia et oculorum albugines purgabat • *acentuaba la agudeza visual y eliminaba tanto los principios de catarata como la nube o mancha del ojo* 79 PLIN Nat 32.70. coracini fel excitat uisum. ... eadem ratio albugines oculorum tollit.

inflammationes annihilabat • *eliminaba o reducía los tumores* 79 PLIN Nat 32.106. Pannos salsamenta coracinarum discutiunt.

carbunculum curabat • *curaba el ántrax* 79 PLIN Nat 32.127. carbunculos coracinarum salsamenta inlita discutiunt ... uel coracinarum carnes.

c AGR agris colendis ut formicas fugaret eo usum est • *fue utilizado en las labores del campo para ahuyentar las hormigas* 380-430 PALLAD 13.10.29. Alii coracinum piscem contra formicas in arbore suspendendum esse confirmant.

quod siue mendacium fuit, cum stultitiae certe esset piscem longinquis terris aduectum et culinae gratum his laboribus dare; siue hoc nomine piscis alius designaretur magis Italicus quam Niloticus; et re uera piscis hodie guarracino¹ nominatus iuxta Campaniam natabat, qui piscis nomen a corocacinus trahit Polemio Siluio teste • *lo cual correspondería o bien a una invención, por el disparate de dedicar un pez importado y apreciado en la cocina a tal tarea; o bien a que con este nombre se designara un pez propio más de las costas italianas que nilótico, lo cual parece confirmarse por la existencia del guarracino¹, pez de las costas napolitanas, cuyo nombre provendría del corocacinus mencionado por Polemio Silvio* POL SILV. nomina natancium ... corocacinus. ML 2218.

subs. **m.** **Coracinus**. uiri nomen, quo Martialis poeta usus est, qui Graeca nomina his, quos increpabat, quandoquidem imponebat (↯Cantharus⁸¹); usus oris ad uenerem, i. e. fellationes uel irrumationes, referebat, Romanis coruos rostris suis ad coitus faciendos usos esse credentibus¹; hoc nomine niger color etiam admonebatur • *nombre de varón transmitido por Marcial, presente en algunas inscripciones, Coracino; tal como aparece en los Epigramas, y siguiendo la costumbre de imponer una onomástica griega a ciertos romanos satirizados (↯Cantharus⁸¹), evocaba prácticas sexuales orales, relacionadas con los cuervos porque se creía que unían sus picos para aparearse¹; en cualquier caso, este nombre recordaba el color negro* [HYPER NOMEN uir] 84-85 MART Epigr 6.55.4. casiaque cinnamoque et nido niger alitis superbae ... rides nos, Coracine. 4.43.4. dixi, Coracine, te cinaedum. INSCR 1-50 EDCS 20400714 Venafri in Regione I. liberto Coracino. 71-110 EDCS 11501367 Puteolis in Regione I. Tito Flauio Augusti liberto Coracino. ML 1 Martos Montiel, Juan Francisco 2013: "La influencia griega en el léxico erótico latino". Ágora. Estudos Clássicos em debate, núm. 16, 2014, p. 122. Tiozzo, Jolanda 1988: "Il nome Coracinus in Marziale", Paideia 43, págs. 39-41.